

mitra, **ae.** subs. f. **FORMA** mithra restitutio ualde audax a CARM Iona 44.; dem. mitrula^{x1} SOL 27.51. basiliscus alba quasi mitrula lineatus caput., mitella^{x6}. **ETYM** μίτρα. **DLAT** mitratus, semimitra. [**FREQ** humilis 55^{indicia} 4 /d.c.m. 200-100 AFRAN] uocabulum scriiptis litterariis omne genus aptum, omnibus usibus, magis prosa quam uersu; inde ab initiis apparet, iisque usitatus.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	11	2,2
	dramatica	4	8,9
	exponens	4	1,4
	lyrica	7	30
	narratiua	24	4,9
	satirica	5	24
DIACHRONICA	III-II aec.	4	9,3
	I aec.	12	4,7
	I-II ec.	17	4,4
	III-V ec.	22	3,2
DIAPHASICA	docta	18	8,5
	media	35	3,1
	quotidiana	18	8,5
DIASTRATICA	litteraria	52	4,7
	technica	3	1,1
MODUS	prosa	27	2,3
	uersu	28	15

¶ **a1** lanae uel lintei fasciam designauit ab Oriente prouenientem, qua feminae capillos cumulantes legebat - designó una banda de lana o lino, originaria de Oriente, con la que se recogía el cabello de la mujer, formando una prominencia, mayor que el moño, la mitra [HYPER canentas HYP mitra Melitensis, semimitra] 200-100 AFRAN Com 37. cum mitris calauticis. 30-15 PROP 4.2.31. cinge caput mitra. 78-90 STAT The 9.795. haud umquam deformes uertice mitras induimus turpemque manu iactauimus hastam. 394-404 CLAUD In Eutr 2.185. inque orbem tereti mitra retinente capillum strinxerat. SERV Aen 9.613. mitra autem proprie Lydorum fuit. ISID Orig 19.31.5. Sed pilleum uirorum est, mitrae autem feminarum. GLOSS 2.355.13. κρήδεμνον 'velo, mantilla'. 4.365. corona. 4.258.24. corona et amictus capillorum. 5.311.7. graece cinctium uel ligatura capitis. 5.554.41. incuruum pilleum. 4.117.12. est pilleum phrygium, quale est ornamentum capitis decoratum, sed pilleum est uirorum, mitra feminarum; pilleum fit ex pelle, mitra ex lana.

a2 PATR in fine Antiquitatis conueniens primo uitae orientalis signum putabatur, quare famosa fuit, Romanis de illis populis eorumque moribusque diffidentibus, item ad ignauas et timidas feminas referentibus - de acuerdo con su origen, fue considerada en un principio como signo de vida orientalizante, y la palabra quedó tiznada en cierto modo por los prejuicios que los romanos tenían ante tales pueblos y costumbres, haciéndola propia de débiles mujeres 56 CIC Har resp 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis purpureisque fasceolis, a strophio, a psalterio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. 160 GELL 6.12.6. Vergilius quoque tunicas huiuscemodi quasi femineas probrosas criminatur: 'et tunicae' inquit 'manicas et habent redimicula mitrae'.

seu ad Cybeles sacerdotes, molles et glabros - o de los sacerdotes de Cibeles, afeminados y depilados 84-85 MART Epigr 2.36.3. Nec tibi mitrarum nec sit tibi barba reorum: Nolo uirum nimium, Pannyche, nolo parum.

et cum uestibus inerticulis manicisque praeditis, quae omnia Romanis cinaedorum non plus ultra uidebatur - y relacionada con ropas sueltas y con mangas, que a los romanos les parecía el no va más de la molicie 180-103 LUCIL 71. Chirodytoe aurati, ricae, toracia, mitrae. 65-64 CATUL 64.68. sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu, toto animo, tota pendebat perdita mente. 125 APUL Met 7.8.1. sumpta ueste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante, mittellaque textili contacto capite ... per medias acies infesti militis transabiui.

quippe Romanae uirilitalis exemplar contra orientalium gentium mollitiem - es decir, el imaginario de la masculinidad romana frente al afeminamiento oriental.

a3 haec fascia cum alio capitis operimento, quasi Phrygio tutulo in conum terminante et in praecipitem paululum deflexo, permixta est, et quidem redimiculis et incrementis per malas in buccam continentibus ornatus; et uirorum iocos et meretrices quoque affectauit; at Christianos usus nuntiauit - debió de ser confundida esta cinta con un auténtico gorro procedente de Frigia, de forma cónica y con cierta caída hacia delante, provisto de cintas y de extensiones que cubrían las mejillas hasta la boca, propia también de burlas machistas y de prostitutas, que prefigura el uso cristiano de esta prenda 29-19 VERG Aen 4.216. et nunc ille Paris cum semiuero comitatu, Maeonia mentum mitra crinemque madentem subnexus, raptu potitur. 9.616. uobis picta croco et fulgenti murice uestis, desidia cordi, iuuat indulgere choreis, et tunicae manicas et habent redimicula mitrae. SCHOL Stat Theb 9.795. mitra est incuruum pilleum de quo dependent buccarum tegmina. SERV Aen 4.216. MAEONIA MITRA Lydia: nam utebantur et Phryges et Lydi mitra, hoc est incuruo pilleo, de quo pendebat etiam buccarum tegimen. sane quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur: multa enim lectio mitras proprie meretricum esse docet. ISID Orig 19.31.4. Mitra est pilleum Phrygium, caput protegens.

meretricis signum colore uarium et Orientem affectans signum quandoque erat - podía ser el distintivo de una prostituta de origen o ambiente oriental, que atraía mediante su gorro colorido 100-128 IUV 3.66. ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra. 394 HIER Epist 54.7. Meretrix illa in euangelio baptizata lacrimis suis et crine, quo multos ante deceperat, pedes domini tergente seruata est. Non habuit crispantes mitras nec stridentes calceolos nec orbes stibio fuliginatos, quanto foedior, tanto pulchrior.

omnia haec usque ad saec. II ec. durauere, inde ad Christianos transitura, necnon geographicis scriptis cum ad capitis operimentum Orientale referretur - todo ello hasta el s. II ec., época en que dejará de usarse en tales dominios y pasará a los propios de la iglesia cristiana; también se encontrará en descripciones etnográficas, como simple tocado característico oriental 394-404 CLUD Stil 1.156. mixtis hic Colchus Hiberis, hic mitra uelatus Arabs, hic crine decorus Armenius.

a4 his ab initiis ad intemperantem uitam pertinentibus, postea quasi topice usitatis, in quotidiana supellectile inueniebatur; sponsae in matrimonium ductae, immo matronae ornatus et utilitas - pese a todas estas alusiones a la vida disoluta, propias de los primeros momentos y que se prolongaron como tópico, aparecía en el ámbito de la vestimenta normal; era un arreglo propio de la novia que va al matrimonio y de la respetable mujer casada, entre lo utilitario y el adorno 23 OV Epist 9.63. ausus es hirsutus mitra redimire capillos! 5 OV Fas 4.517. simulat animum mitraque capillos presserat. 207 TERT Adu Marc 4.11.7. circumposuit mihi mitram uelut sponsae. ISID Orig 19.31.1. Ornamenta capitis feminarum: diadema, nimbium, capitulum et mitra. DIG 34.2.23.2. muliebria sunt, quae matris familiae causa sunt comparata, quibus uir non facile uti potest sine uituperatione, ueluti stolae pallia tunicae capitia zonae mitrae, quae magis capitis tegendi quam ornandi causa sunt comparata. 34.2.26. Quamuis quaedam ex ueste magis ornatus gratia, quam quo corpus tegant, comparentur, tamen quod eo nomine sint reperta, potius habenda esse uestis numero quam ornamentorum. similiter ornamentorum esse constat, quibus uti mulieres uenustatis et ornatus causa coeperunt, neque referre, si quaedam eorum alium quoque usum praebeant, sicuti mitrae et anademata: quamuis enim corpus tegant, tamen ornamentorum, non uestis esse.

lato sensu ut feminae capitis operimentum quaecumque apparauit - en general, era utilizado también como cualquier tocado femenino ISID Orig 19.31.5. Rricula est mitra uirginalis capitis.

huius fascia longa lataque lana seu linteo confecta erat, uariis coloribus tinctis - la banda que la formaba, larga y ancha, era típicamente de lana o, más probablemente, lino tejido que se teñía de múltiples colores 30-15 PROP 4.5.72. exsequiae fuerint rari furtiua capilli uincula et immundo pallida mitra situ. 79 PLIN Nat 35.58. Polygnotus Thasius, qui primus mulieres tralucida ueste pinxit, capita earum mitris uersicoloribus operuit.

☞ Hic et protinus uide BUSUTTL, J. (2005): "The Maltese Textile Industry in Antiquity". Melita Historia: Journal of the Malta historical Society, p. 215-219.

a5 huius genera haec erant - las había de varios tipos:

mitra Melitensis. ea quae a Melita insula proueniebat, quam Carthaginenses Siciliam aliasque in partes Punicis bellis inferrent - mitra procedente de Malta, traída seguramente a Sicilia y otros lugares por los cartagineses y conocida por los romanos durante las Guerras Púnicas [HYPER mitra^{a1} DOM ad Poenos, i. e. Tyrios, pertinens Sidonia; ab origine et byssina Melitensis, uestis Melitensis, supparus] 45-43 VARRO Men 438. aliae mitram ricinam uelut Melitensem. 30-15 PROP 2.29.15. cum Sidoniae nocturna ligamina mitrae soluerit.

mitra ricinina. mitra funeribus usitata - mitra utilizada en los funerales [HYPER canentas SIM ricinina] 45-43 VARRO Men 438.

a6 CHRIS capitis operimentum caerimoniale designauit quod illis temporibus minime fascia erat, sed titulus rigens in conum formatus duabusque infulis super humeros cadentibus praeditus, postea tiarae coniunctus uel similis - designó un tocado ritual, que ya no es una cinta, sino un gorro rígido, de forma cónica y con dos cintas que caían sobre los hombros, que luego sería identificada o asimilada a la tiara o gorro frigio [HYPER operimentum capitis caerimoniale] 200 VET Sap 45.14. coronam auream supra mitram eius expressam signo sanctitatis gloria honoris et opus uirtutis desideria oculorum ornata. 207 TERT Adu Marc 3.7.6. despoliatus pristinas sordes, et exornatus podere et mitra et cidari munda, id est secundi aduentus gloria et honore. ☞ Vide NORRIS, Herbert (1949): Church Vestments. London: Dent, 1949. [Archive]

PATR in fine Antiquitatis et technicum uocabulum ad Christianum cultum pertinens aut capitis operimentum quotidianum simul fuit; at Christiani scriptores de ea diffidebant, quippe quae feminarum capillos eorumque ornatum, in extrema corruptionis afferentia, admoneret - durante este periodo, es utilizado tanto como tecnicismo religioso o como prenda de vestir profana, cuya mención, entre escritores cristianos, va a compañada de la reserva correspondiente a una prenda relacionada con el cabello femenino y su cuidado, pozo de seducción 390-406 VULG Iudith 16.10. unxit faciem suam unguento conligauit cincinnos suos mitra ad decipiendum illum.

b MAR nauigii funis - cable o maroma de una embarcación [HYPER funis] 400 CARM Iona 44. Pro rate proque anima, spiras mundare morantes oblaqueare mithram. ISID Orig 19.4.6. Mitra funis qua nauis media uincitur. ☞ testimonium incertum Tertulliani texto commodato MIGNE: Patrologia Latina. Vol. 2, col 1107-1114A.

dem. **mitella**, **ae.** MED fasciola - vendaje o venda [HYPER ligamentum] 30 CELS 8.10.3. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato, siquidem is maxime brachii naturalis habitus: idque inuolutum mitella commodissime excipitur, quae latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo inicitur.